

In Amplissimi Et Excellentissimi Viri Dn. Andreae Tscheringii, Philologi & Poëtae incomparabilis, Exequias


[Rostock]: Kilius, 1659


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418657>

Druck Freier  Zugang



Bodock, L.,
in A. Tscherning.
Rostoch. 1659.





LXIX

IN
AMPLISSIMI ET EXCELLENTISSIMI
VIRI
DN. ANDREÆ
TSCHERNINGII,
Philologi & Poëtæ incompa-
rabilis,
EXEQVIAS.

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.



196



N tua, TSCHERNINGI, meditetur
funera versum
Qui volet; officium non ego
solvo tamen.
Mille aliis (si fortè nequit sine
carmine mundus
Stare) lubens scribam carmi-
na, nulla tibi,

Quis sibi sumat enim versu depingere VATEM?
Nonnè vel è tumulo riseris omne melos?
Sic lux, quanta volet, nostrum fortassè Poëma,
Nil præter tenebras, si tibi fiat, erit.
Dein tibi tanta fuit virtus, doctrinaq; tanta,
Ut quocunque foret carmine major ea.
Quem satis ergò VIRUM nunquam laudâro, tacendo
(Sic satis officio fungar, AMICE) colam.

HENRICUS Dringenberg/
Phil. Moral. Profefs.

P. M.


Incomparabilis Philologi
ANDREÆ TSCHERNINGI,
s.

TSCHERNINGUS jacet heic nuper Huma-
na profesus,
Humana abs semet non aliena putans.
Omni-

Omnibus humanus fuit ac affabilis usque;
Dum quid ei humani contigit ante diem.
Quisque hominem necdum omnimodis exutus es;
Roribus humanis condecorato locum; (audi;
Pingier est dignus locus hic violisq; rosisq;
Humani exuvias nam fovet urna viri.
Vermibus occiduis caro quamvis detur humata;
Mens tamen æternis vermibus alta vacat.

*Familiari affectu & justâ sinceritate
monumentum hoc exigebat*

Joh. Bernh. Zinzerlingus,
SS. L. L. Cand.



*Ad piè Defunctum, Promotorem in Philosophia
honoratissimum.*

DÆdela sicut apis varios delibat in agris
Flores, ut mellis; construat in favos:
Sic Tscherninge chori Musarum sedule cultor
Libasti dulces phocidos annis aquas.
A teneris Phœbi lustrasti culta vireta
Evolvens Sophiæ liberioris opes.
Nec prius in dulcem potuisti lumina somnum
Flectere, quàm victus sit tibi montis apex.
Sed Tscherningus hic est placido quem funere
mersum

Tristibus exequiis nunc tumulamus humo,


Hic

Hic parnassum abiit qui non abolebitur ævo,
Virtutum factis condidit ipse sibi.
Hunc musæ decorât lachrymis, hunc mœstus Apollo
Circuit, & *Virtus* cum *pietate* dolet.
Regnat ubi phœbus charitumq; pudica propago,
Nec ibi fama potest nocte silente premi.
Non Te pœniteat tanti Tscherninge laboris,
Præmia post mortem sunt satis ampla tibi.
Nam sero Parnassiacis quod texuit hortis
Cingit honoratas docta Thalia comas:
Unde tibi surgit decus indelebile, nomen
Quod vehet ad nitidi Solis utrosq; polos.
Nunc superas celsi prærupta cacumina Pindi,
Et tibi *Sanctorum* quæris ab arte decus;
Quod longè fulvas pactoli vincit arenas,
Nec rapit horrendæ vis inimica necis,
Et clarum famâ celebri jam tangis olympum,
Nec tuus æternum diminuetur honos.

*In optimi Viri honoris ultimi
memoriam approp.*

OTTO Großkreutz
Sed. Pom. Phil. Candid.







Quod terra eruitur, solidum mihi riser
In quantum Lunam formosus Cynthius
Exuperat pretio numerosos aris acervos.
Fulgorem aspicias, aurum venerabile don
Concinna & formosa facit turpissima vi
Non secus ac cestus, quem cantavere Poeta
Deficiant tabulae, massa est formosior auri
Quam quicquid Phidias, aut dextera pin
Non sani esse hominis, non sanus juret O
Et Medici ingeminant crispanti nare cach
Si quis praesumat sine nervis tendere gre
Res eadem bellis; animam motumque da
Nescierit Princeps veram discernere laude
Quisquis opinatur compleesse per omnia p
Si quocumque modo, quavis rem fecerit a
Sordidus, ut patriam tueatur equisque vi
Queis conscribendis quadrantem impend
Aurum deficiat, nequicquam bella movet
Aurum bella gerit, mucronibus imperat
Pugna argentatis frameis, atque omnia v
Quid majestatem sine viribus esse putat
Vis belli socios, aut fortes Martis alumno
Aurum cuncta dabit. Sit inexpugnabile
Protinus haec omnes cataraectas machina
Qua gestans aurum penetrare valebit ase
Tam clausum nihil est, quod non vis occ
Oppida sic cepit sua callidus emtor Olynt
Quando Pellexo libertas concidit auro.

A3

